torem: ut omnem palmitem
fructum in eodem christo tuo
qui vera vitis est afferentem
clementer excolens: fructum
afferat ampliorem; fidelibus
tuis quos velut vineam
ex egipto per fontem baptis-
mi transtulisti: nulle pec-
catorum spine prevaleant. ut
spiritus tui sanctificacione mu-
niti perpetua fruge ditentur.
Per eundem in unita-
te eiusdem. Prophetia v.
Audi israel mandata. cxlvi.
Oro.
Deus qui nobis per prophe-
tarum ora precepisti tem-
poralia relinquere: atque ad
eterna festinare: da famulis
tuis. ut que a te iussa co-
gnouimus; implere celes-
ti inspiracione valeamus.
Per dominum. Prophetia vi. Facta est sup-
me manus. cxlvii. Oremus. Oro.
Domine deus virtutum
qui collapsa reparas

et reparata conseruas: auge
populos in tui nominis sanctifi-
cacione renouandos; ut
omnes qui sacro baptismate diluun-
tur tua semper inspiracio-
ne dirigantur. Per. His ~~finitis~~
finitis descendendo ad fontes cantatur
tractus. Sicut ceruus. Deinde ad fon-
tes dicitur. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Concede quesumus omnipotens Oro
deus: ut qui sollempnita-
tem doni spiritus sancti colimus:
celestibus desideriis accensi:
fontem vite siciamus. Per do-
minum. In unitate eiusdem. Dein-
de procedit ad benediccionem foncium
ubi vero non fuerint fontes. Trac-
tus. Sicut ceruus. et oracio sequens et
foncium benediccio pretermittuntur.
Sed finita oracione. Domine deus virtutum.
Sacerdos casula deposita cum minis-
tris ante altare procumbit. et fratres alii
stent erecti. et cantatur letania a
duobus fratribus in medio chori. utroque
choro idem simul respondente. Pro ve-

In vigilia ascensionis domini omnium misse
et oraciones dicuntur de preterita dominica. Si vero
in dicta vigilia fuerit aliquod festum simplex
fit de ipso festo tantum commemoracio in missa. quod
si fuerit festum sollempne: missa de de fes-
to cum comemoracione vigilie. Si autem
fuerit festum duplex: de eodem fit mi-
ssa. et nulla fit comemoracio de vigilia.
Fratres: Ad ephesios.
Unicuique nostrum data
est gratia: secundum mensuram do-
nacionis christi. Propter quod
dicit. Ascendens in altum.
captiuam duxit captiui-
tatem: dedit dona homi-
nibus. Quod autem ascen-
dit quid est. nisi quia et descen-
dit primum in inferiores
partes terre. Qui descendit.
ipse est et qui ascendit
super omnes celos: ut adim-
pleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos.
quosdam autem prophetas. ali-
os vero euangelistas.

alios autem pastores et doc-
tores: ad consumacionem
sanctorum. in opus ministerii:
in hedificacionem corporis
christi. donec occurramus
omnes in unitatem fidei et
agnicionis filii dei in vi-
rum perfectum. in mensu-
ram etatis plenitudinis
christi. Secundum iohannem.
In illo tempore. Suble-
uatis oculis ihesus in celum
dixit. Pater venit hora.
clarifica filium tuum. ut
filius tuus clarificet te.
Sicut dedisti ei potesta-
tem omnis carnis. ut omne
quod dedisti ei. det eis vitam
eternam. Hec est autem vita eterna
ut cognoscant te solum verum
deum. et quem misisti ihesum
christum. Ego te clarificaui su-
per terram. opus consuma-
ui quod dedisti michi ut fa-
ciam. Et nunc clarifica me

ARCHIVO SIMÓN RUIZ
Archivo ASR Simón Ruiz

tu pater apud te metipſum: claritate quam habui priuſquam mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo. Tui erant: et mihi eos dediſti: et ſermonem meum ſeruauerunt. Et nunc cognouerunt quia omnia que dediſti mihi a te ſunt: quia uerba que dediſti mihi dedi eis. Et ipſi acceperunt: et cognouerunt uere quia a te exiui: et crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo: ſed pro hiis quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt et tua mea ſunt: et clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo: et hij in mundo ſunt: et ego ad te uenio. In die aſcenſionis domini ſtacio ad ſanctum petrum. Introytus.

Viri galilei quid admiramini aſpicientes in celum alleluia. quem admodum uidiſtis eum aſcendentem in celum ita ueniet. alleluia. alleluia. alleluia. Versus. Cumque intuerentur in celum euntem illum. ecce duo uiri aſtiterunt iuxta illos in ueſtibus albis qui et dixerunt. Versus. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Oratio.

Concede quaeſumus omnipotens deus: ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoque mente in celeſtibus habitemus. Per eundem. Lectio actuum apoſtolorum.

Primum quidem ſermonem feci de omnibus o theofile: que cepit ihesus facere et docere. uſque in diem qua precipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum: quos elegit a

ante altare: in locis ſuis ſedeant. Poſtea leguntur prophetie ſine titulo. In fine propheciarum dicuntur orationes. ſine flectamus genua. Prophecias omnes et tractus require in ſabbato ſancto. Prophetia prima. Temptauit deus abraam. cxliiij. Qua finita ſacerdos dicat. Oremus. Oratio.

Deus qui in abrahe famuli tui opere. humano generi obediencie exempla prebuiſti: concede nobis et noſtre uoluntatis prauitatem frangere: et tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per. Prophetia ij. cxlv. Factum eſt in uigilia. Tractus. Cantemus domino. Oremus.

Deus qui primis temporibus impleta miracula noui teſtamenti luce reſeraſti: quod mare rubrum forma ſacri fontis exiſteret. et liberata plebs ab egiptiaca ſeruitute chriſtiani populi ſacramenta preferret: da ut omnes gentes iſrahelis priuilegium merito fidei conſequte: ſpiritus tui participacione regenerentur. Per dominum noſtrum. in unitate eiuſdem. Prophetia iij. cxlvj. Scripſit moyſes. Tractus. Attende celum et loquar et au. Oratio.

Deus glorificacio fidelium et uita iuſtorum; qui per moyſen famulum tuum nos quoque modulacione ſacri carminis erudiſti: in uniuerſis gentibus miſericordie tue munus operare. tribuendo beatitudinem. auferendo terrorem; ut quod pronunciatum eſt ad ſupplicium: in remedium tranſferatur eternum. Per. Prophetia iiij. cxlvij. Apprehendent ſeptem mulieres uirum unum. Tractus. Vinea facta eſt. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui per unicum filium tuum eccleſie tue demonſtraſti te eſſe cul

Archivo ASR Simón Ruiz